



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Selectae Christiani Orbis Deliciae ex Urbibus, Templis,  
Bibliothecis, et aliunde**

**Sweerts, Pierre François**

**Coloniae Agrippinae, M. DC. IIX.**

Gandensia.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69234](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69234)

---

 GANDENSIA.
 

---

IN GANDAVVM MAXAEMILIANVS  
VRINTIVS S.P.Q. Gand. à secret.

**C**AELi delitium, Flandri decus orbis, ocellus  
Belgica, & enixo Casare virgo parens.  
Consilio illustris, bello horrida, florida pace,  
Pulchra situ, felix aëre, diues aquis.

GANDAVVM breuiter, nil vltra quare, nec vrbis,  
Verum orbem in tanta mole videre puta.

---

 IDEM BREVIUS.

Iuppiter hanc molem, purum dedit aëra Phœbus,  
Florida prata Dryas, cerula Nais aquas.

---

 IN D. IOANNIS BAPTISTAE.

Vnicus es Phœnix? cineres hæc tumba duorum  
Phœnicum vera Religionis habet.

---

 D. O. M.

Reuerend. in Christo PP. S. Theol. D. D. COR-  
NELIO IANSENIO, & VVILHELMO DAMA-  
SI LINDANO, primo & secundo huius vrbs Epi-  
scopis, ob multos in scrutandis & interpretandis  
sacris scripturis exantlatos labores, & merita in  
Dei Ecclesiam & Rempubl. Christianam posuim.  
Obijt hic 11. Nouembr. CIO. IO. LXXXVIII. Ille  
verò 11. April. ann. M. D. LXXVI.

Quomodo in vita sua dilexerunt se, ita & in  
morte non sunt separati.

ALIYD

ALIVD R. D. LINDANI SED HONO-  
RARIUM, PER MAX. VRIN-  
tium.

*Dordracū patria est, Grudia patria altera Athena,  
Illa animi altrices, corporis illa mei.  
Conspicuum sancta coluit Rurmundatiara;  
Et Ganda in cineres officiosa meos.  
Non meliore loco nasci potuiue renasci,  
Non meliore coli, non meliore mori.*

## IBIDEM.

Admodum Reuerendo viro D. VIGLIO AYTA  
de ZVICHEM Frisio, I. C. clariss. Cathed. huius  
Ecclesiæ I. Præposito mitrato, Aurei velleris Can-  
cellario, supremi Belgicæ status, & sanctioris Con-  
cilij sub potentiss. Principp. CAROLO V. Imp. &  
PHILIPPO II. Hispp. Rege Præsidi summo, vigi-  
lantiss. integ. qui cum hanc Ecclesiam pijs fun-  
dationibus, plurimis munimentis decorasset, Aca-  
demiã Louaniensem, structo sui nominis colle-  
gio, non minus liberaliter, quàm magnificè dotas-  
set, natale solum noui hospitalis beneficio perpe-  
tuò sibi demerisset, tandem post longas vigilias,  
post indefessos labores, plenus dierum, plenus  
honorum, Regi fidus, patriæ charus, vtilis omni-  
bus, iniurius nemini, magno sui relicto desiderio,  
quieuit in Domino anno M. D. LXXVII. VII. Maij,  
ætatis suæ lxx.

Ilte vir fuit Lector, sed fuit.

Mirare, imitare, vigila,

memor prudentissimi illius sciti

VITA MORTALIVM VIGILIA.

ANO-

ANONYMI.

VIGLIVS hic recubat, decorat quem Gamma Peo  
Quo dempto, inuenies vilius esse nihil. (lasgeni)

IN D. PETRI ABBATIA.

EPITAPHIVM ISABELLAE CAROLI V.  
Cæs. Sororis. Obijt anno M.D. XXV.  
Ianuar. XI X.

Dania me coluit, pulsam Germania vidit:  
Primum ortum dederat terra Brabantia prius.  
Nulla harum potuit morientem cernere, sed qua  
Ganda habuit mentem, nunc quoq; corpus habet.  
Tempora si queris qua me rapuere sub vmbra,  
Accipe, & in memori scripta reconde sinu:  
Pectore sub medio Phœbum cernebat Aquarum,  
Marsq; horam tenuit, sed Venus ipsa diem.

EPITAPHIVM IVDITH VXORIS  
BALDVINI COMITIS  
Flandriæ.

Regis Francorum Caroli sum filia Calui,  
Nobilis illa IVDITH & speciosa nimis.  
Vxorem sibi quam me sumpsit Ferreus olim  
BALDVINVS, duce quo Flandria pacè habuit.  
Gloria qui veterum mihi quondam magna meorum  
Exstitit. heu! Carolum mors rapuit iuuenem.  
Alter succedens patri, regnavit & ipse  
Tempore sat longo, mors rapit hunc ad eum.  
Omnia deficiunt mortalia gaudia mundi,  
Et sub Sole nihil permanet hic stabile.  
Princeps prima sui Flandrensis inclyta quondam.

Nunc

Nunc sed in angusto contrahor hoc tumulo.  
 lam mihi nil profunt vir, proles, patria diues,  
 Est mea sed fœdis vermibus esca caro.

## AD PRAEDICATORES.

PETRVS BACHERIVS, DOMINICANVS Dō-  
 ctor Theologus, Poeta, & Ecclesiastes exi-  
 mius, hoc sibi Epitaphium in extre-  
 mis decantauit.

**S**I canitur niueis sub mortem nœnia cygnis,  
 Dum premit innocuum longa senecta caput;  
 Cur mihi non liceat triplices mea fata sorores  
 Dum truncant proprias concinere exequias?  
 Intempestiuus albescunt tempora canis  
 Viraq<sub>3</sub>, quin frontem ruga senilis arat.  
 Caligant oculi, sunt hæc praludia mortis:  
 Torpent officio pesq<sub>3</sub>, manusq<sub>3</sub>, suo.  
 Gaudâ vale, fratresq<sub>3</sub>, valete, valete propinqui:  
 Liber ab exilio regna paterna sequor.  
 Consequar hæc meritis Christi, rogo: subleuat agram  
 SPES mentem, trepidis anchora firma virus.  
 Sæpe per infestos scopulos, & naufraga saxa,  
 Nostra est insanis cymba rotata Nothis:  
 Non tamen à vero me deuius abstulit error;  
 Dogmate tentata est non temerata fides,  
 Sæpe (fatebor enim) peccati Nectare captus  
 Neglexi aterni iussa verenda Dei.  
 Daueniam fasso, pauidæq<sub>3</sub> illabere menti:  
 Vulnera vulneribus dilue, Christe, tuis.  
 Discute mortales nebulas Dominator Olympi,  
 Migrantemq<sub>3</sub>, animam qua potes arte iuuâ.

Lux perit, intereo, mors vrget, corporis huius  
Exuuias viridi suscipe terra sinu.

Sic placuit Cyro viridanti in gramine condi  
Rex tantus tumuli saxa operosa fugit,

Hic locus arridet, maiorum hic ossa quiescunt,

† Bunderij cineres, † Gruterijq; patris.

Iungo † Rigermannum, † Syluanum, VV incusumq;  
Aetate, & meritis, eloquioq; pares.

Non ego † Coyanum, non te † Rufelaerde silebo;  
Olim nam impense favit vterq; mihi.

Obijt Gandau in patria prid. Id. Febru. M. D. CL.  
ætatis suæ LXXXIV.

† Fuere oēs magni viri & celeberrimi diuini verbi praconet.

MAXAEMILIANVS VRINTIVS

S. P. Q. Gand. à secretis.

Effundent alij laudum praconio longis  
Versibus ad tumulum, culte Poeta, tuum

Effundent merito, quumq; omnia, nil tamen vllus  
Fuderit ex merito satq; superq; tuo.

Verum ego sic paucis: MVSARVM HIC AVREA  
SIREN,

ET PHOEBEIVS olor, BACQVERE cane, iacet.

ANTE D. FRANCISCI

Qui FRANCISCE, tui subeunt pia limina templi,

Fac subeant precibus calica templa tuis.

MAGNAE VIRGINI, MA-  
GNAE MATRI, DEIPA-

rae Mariae.

MAXAE

MAXÆMILIANI VRIENTI VOTVM  
decastichon. Cùm eius sacro Sodalitio apud  
RR. PP. Soc. IESV Gandavi  
nomen daret.

Hac ego luce, Poli qua, tu Dea, templa subisti  
Me voueo aterna religione tuum.  
Tu vatis, Regina, tui famulantia vota  
Prona cape, atq; humili si tibi mente lito;  
PARTHENIO da posse Choro dare nomen, & Aræ  
Casta tua obsequij ponere ferra mei.  
Serta tui dulcem spirantia Numinis auram,  
Mutua mi venia spiret vt aura tua.  
En, ego ceu vitis, tua sum, Dea, plantula, vitam  
Et viti & planta tu dare sola potes.  
Quod potes, ah! dare Diua velis, tibi surgat vt ingens  
Arbor, & effusis vinea lata comis!  
Qui tener, ecce, tuo modo Surculus incipit horto,  
Victurus genij non nisi rore tui.  
Ille ad sit, sensimq; grauem densatus in imbrem  
Intima sic animi perpluat arua mei;  
Indubia inde mea subolescat vt herba salutis,  
Nec minus inde tui Numinis exstet honor.  
Sic mihi reptanti tua per vestigia, detur  
Latum iter ad Nati templa serena tui.  
Ipso assumptæ Virginis festo ad eiusdem  
aram supplex cecinit.

Maxæmilianus Vrientius.

Anno salut. Christ. CIO. IO C. VI.

INSCRIPTIO DAMPORTAE IN AD-  
VENTVM ARCHIDVCVM ALBER-  
TI & ISABELLAE.

Magni Principes; magnam subituri urbem,  
saluete.

Pijs conatibus, paruis apparatibus benigni  
fauete.

Si quid decus probate, si minus excusate,  
Temporis angustiae, caeli inclementiae, clementer  
condonate.

Obsequium atq; animi fauentiam mage,  
Quam magnificentiam in re tenui nostra spectate.

Ita vos regat, ita vos tegat,

Qui nos, qui ceteros Belgas vobis regendos,  
vobis regendos commisit propitius Deus.

IN ECCLESIA MONASTERII TRVN-  
CINENSIS, ORD. PRAEMONST. vulgò  
Drongen, propè Gandauum.

*Quem spectas Pario marmore gnauiter  
Expressum celebri vase quiescere  
TVVAINNVM Comitem, nuper Alostia  
Ac sacrum haut aliter Numen amaauerat,  
Gandau generis stemmate prodiens.  
Hic coetus niuei iecit originem,  
Elargitus opes, tum patrimonia.  
Ergo perfruitur Mens supero Ioue.  
En corpus tumulo nobile saxeo.  
Quaeso plange scelus quisquis obambulauit,  
Nam quo decubuit, te vocat exitus.*

Obijt anno M. C XLIV.

LOCRAE,



LOCRAE, YPRAM INTER ET BAL-  
LIOLVM, LOCO MONTANO,  
*in marmore.*

D. O. M.

HADRIANVS SCRIECQVIVS BRVGENSIS  
V. PRAETORIVS  
SYSANNAE GODCALCAE ANTVERPIENSI  
CONIVGI DESIDERATISS.

ANNA FILIA INLACRYMANTE CARAE  
MATRI

MONVM. HOC RES HVMANAS MOESTE  
GEMENS P.

S V S A N N A.

*Ad Scaldim genita Borealis Vistula lufum*

*Dum prabet, rapuit ripa Borussa Patrem.*

*Rem Mare dum minuit, melioribus equior auris*

*Erexit thalamum m̄i Ria, Lisa domum.*

*Lisa sed exequias Matris cum vidit, in istis*

*Quasi anne foret montibus alta quies.*

*Sed didici quod sint V N D A E O I A. & O I A*  
*ut V N D E;*

*Confedit caelo mens mea, corpus humo.*

OBIIIT KAL. FEBR. A. D. ∞. D. C. IV.

A. Etat. XXXV.

R. I. P.

V N D A E O M N I A. V N D E O M N I A?

INCERTAE POSITIONIS.

GRAMMATICI TVMVLVS.

*Grammatici sciui, multos docuiq; per annos:*

*Declinare tamen non potui tumulum.*

li 3

BRV-